Wien, 1477

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



258

et xxxviii

per et ego viuo propter patrem et qui manducat me. et ipse viuet propter me. Hic est panus qui de celo descendit non sicut manducauerunt patres vestri manna in deserto et mortui sunt. Qui manducat hunc panem viuet in eternum. Sed in iohanne. Illo tpe. Dixit ihesus turbis iudeorum Amen amen dico vobis. Qui credit in me habet vitam eternam. Ego sum panis vite. patres vestri manducauerunt manna in deserto et mortui sunt. Hic est panus de celo descendens. vt si quis ex ipso manducauerit non moriatur. Ego sum panus viuus qui de celo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternum. Illo tpe. Dixit martha s. iohanne ad ihesum Domine si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus Sed et nunc scio: quia quecumque poposceris a deo dabit tibi deus Dicit ei ihesus. resurget frater tuus Dicit ei martha Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die Dicit ei ihesus Ego sum resurrectio et vita Qui credit in me etiam si mortuus fuerit viuet Et omis qui viuit et credit in me non morietur in eternum Credis hoc Ait illi utique domine Ego credidi quia tu es filius dei viui qui in hunc mundum venisti Offertorium. O mirum hominis xpe rex

gle liberam animas omnium fidelium defunctorum de manu inferni et de profundo lacus libera eas de ore leonis ne absorbeat eas tartarus ne cadant in obscura sed signifer sancus michael repraesentet eas in lucem sanctam Quam olim abrahe promisisti et semini eius ℣ Hostias et preces tibi domine laudis offerimus tu suscipe pro animabus illis quarum hodie memoriam agimus fac eas domine de morte transire ad vitam ℣ Redemptor animarum xpianorum mittat archangelum suum michaelem ut ille illum suo eas exuat de regionibus tenebrarum et reducat eas in sinum abrahe lucem sempiternam Quam olim. Absolue domine animas eorum ab omni vinculo cum. delictorum ut in resurrectionis gloria inter sanctos tuos resuscitatum respirent. ℣ Requiem eternam donna eis domine et lux perpetua luceat eis. vt in resurrectionis. alia co Quoquam memoria corporis xpi sumpsimus donna eis domine requiem sempiternam ℣ Et lux perpetua luceat eis. pquorum memoria celebramus xpi sumpsimus donna eis domine requiem sempiternam alia co Lux eternam luceat eis domine cum sanctis tuis in eternum quia pius es ℣ Requiem eternam donna eis domine et lux perpetua luceat eis. Cum sanctis tuis in eternum quia pius es. alia co Amen dico vobis venit hora quando mortui audient vocem filii dei et resurgent qui in monumentis sunt Quando mortui.

Finitus est hic liber missalis. Anno domini. cccc. lxxvii diligenti manu martini. venditus pro